



**Processus Juridicus contra sagas & veneficos, Das ist:
Rechtlicher Proceß/ Wie man gegen Unholden vnd
Zauberische Personen verfahren soll**

Goehausen, Hermann

Rintelii ad Visurgium, 1630

- II. Mit welchen Indiciis der Richter/ in dieser Sach/ fug vnd Recht hab/ die Gefangenen zu Torquiren vnd zu foltern.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64982](#)

TITULUS II.

Mit welchem in dictis der
Richter in dieser Sach füeg vnd rechte
A hab die Gefangenen zu Torquiten +
vnd zu Foltern.

I.

Nehme ist erst zu mercken /
das zwar geringere indicia,
wann sie sonst rechtmässig
seind / genugsam sein können
zur information vorzunehmen / vnd bis
weilen auch den Reum zucitiren / vnd ge-
B fänglich einzuziehen. Grossere aber + von
nöten seyn / so man den Beklagten wil
judicialiter examiniren vnd für Recht stel-
len / vnd dann auch torquiren vnd foltern:
Und lesslich die grösste vnd volligste indicia
vnd Vermuthungen können wol auch den
Capital Sentenz / oder zum wenigsten ex-
C traordinarie, + vnd ohne die gewöhnliche
Straff einen zu verurtheilen verursachen/
sonderlich in denen Lastern / welche in sich
vnd ihrer Natur heimlich seind / vnd ver-
borgener weis begangen werden : vnd welche

welche man kein andere Zeugnus vnd Probation , als etliche gewisse indicia vnd Zeichen haben kan. Daher dann Käyser Hadrianus in l. 3. §. ejusdem. ff. de testibus. recht gesagt hat / daß man kein gewisse Regul noch Maß vorschreiben kan / welche eigentlich genug seyn das Laster auff einen zubeweisen ; sonder es solt der Richter bey ihm selbst erwegen + was er glauben sol / vnd was er vermeine / das nicht rechte probiret seyn. Jedoch solder Richter jederzeit ingedenck seyn / daß er bey zeiten abhalte / wann er vermerkt / daß das Laster nicht kan probiret werden / damit er nicht ohn vr- sach einen Menschen an seiner Ehr verleze.
Vide Lessum de l. & l.c. 29. n. 141.

II. Nun sol zur Tortur nimmer geschritten werden / man habe dann rechtmessige vñ gnugsame indicia von begangnen Laster ; welches nicht allein von gemeinen / sondern auch von exceptis crimini- bus vnd Zauberer Laster sol verstanden werden. +

E

III. Etliche Authores seynd dero Meynung / daß man ohn einzige andere Zeichen oder indicien , allein von wegen eines

62 Tit. II. Ex quibus indicis

eines Zeugen oder complicis Bekan-

F nus + könne einen Reum oder Gefange-
nen als bald torquiren : als Gometz. vnd
Blanchus , welche den Salicetum vntrech-
verstanden habē; werden aber von Menoc-
Bertaz. Farinac. vnnnd mehr andern recht

G widerlege. + Vnd solein Gottsfurchtige
Richter jeder zeit nit mit geringen indicis
zu frieden seyn / sondern grosse vnd dringen-
de begehren / wie solches mahnt Malcar. lib.
3. de probat. concl. 1311. n. 14. & 35. Vnd ex
ipso Delrio. lib. 5. sect. 3. vers. ad torturam
denuntiati: ubi ait: timoratus iudex sem-
per requirat indicia, non levia, sed mag-
na & urgentia , welche als dann mit eines
oder zweyn complicitū oder Mitconsorten

Bekandnüssen gnugsam; zur Tortur sein
H könnten + Über welchen Handel als sehr
berühmte Academix Bononiensis, Pata-
uiensis, Friburgensis vnd anno 1602. Ing-
olstadiensis consulirt worden seind / Ha-
ben sie ihre Meinung gesprochen / vnd ge-
schrieben / daß zwar mit nichts eines com-
plicis allein / jedoch zweyen oder mehrer co-
phicum vnnnd mitconsorten denuntiatio
over Bekandenuß ohy andere indicia zur

Erf.

Tortur genug sey. Auff welche Lehr sich
ein Richter in ytroque toro wol verlossen
kan. + Wie volkommen aber solche Bes. I
kandnuß eines Mitconsorten allein / wie
gewiß auch vnd vnschätzbar solches indicium
mit einem Zeugen allein sein sol + docire K
weitläufig Farinac. de indic. & tort. quæst.

43. n. 177. & multis seqq. vnd aus demsel-
ben Delrio. lib. 5. disq. sect. 3. vers. condi-
tiones autem requisita. Der vorigen Au-
thorn Lehr aber / wie wol sie von vielen ist
obseruirt / vnd biszweilen angenommen vnd
practicirt worden / ist sehr scharff / vnd
nicht fast sicher in diesem Handel. Erstlich/
weil diese Leut vnd complices , infames
seind / an Gott meineydig / vnd deswegen
fast alle Trew vnd Glauben verlohren
haben. Zu dem / weil ihre Zusammenkünff-
ten vnd Handlungen / bey welchen sie ein-
ander sehen / im finstern / vnd mehrers theils
in der Nache gehalten werden. Dann auch
weil die arglistige vnd falsche Geister / das
mit sie die Obrigkeit vnd Richter / vnd die
Zauberey verwandten selbsten perplex vnd
vnd irrig machen : pflegen oft per præsti-
gias vnd blinde repræsentationes oder

Bor-

Vorstellungen ihrer Mitgenossen / die Sach mit sonderm fleiß dunckel zu machen.
Dass also ihrer eiliche / so im Handel etwas schlechter / oder weniger dabey gewesen / kaum recht auß sagen können / wie oder was gestalt sie ihre Mitgespielen gesehen habe / welches wol in acht zunehmen ist. †

L IV. Weil aber dieses ein heimbliebes vnd verborgenes Laster ist / vnd allein bey viii von den complicibus , oder Mitgespielen begangen wird / ist jederzeit von Rechten erlaubt / vnd für gut angesehen worden / daß man / im Fall keine andere indicia weren / vnd aber doch ein Person von mehren Zeugen vnd Miteonsorten bei Recht angegeben / vñ namhaftig gemacht were / Ursach habe / solche nicht allein zu Captur / sondern auch zur Folter zunehmen. Dann wie wol eines Zeugung / nicht genugsam ist / werden doch zwey oder dreyer Bekannthus für genug das Recht zusuchen vnd zusprechen / von unserm H Erien vnd Seligmacher Christo selbsten erlant / Matth. 18. v. 19. Wie dann auch einen zum Tode zu vertheilen / Deut. 17. v. 6. M † So hat man auch durch die tägliche

Inquisitus torqueri possit.

63

Erfahrnuß/dz vieler complicum Außsag kaum oder nimmer fehl schlag. Es könnte auch sonst ohn daß die Sach schwerlich eisnen Fortgang haben / dann wo man allhier testes infames verwetzen wolte / wo könnte ein Richter von einem aufrichtigen vnd frommen Menschen Zeugnuß haben? Es kan ja kein Frommer von ihren Thaten zeugen / er habe dann zuvor seine Aufrichtigkeit verlohren / vnd mit ergebung Leibs vnd der Seelen / sich in ihre verdambliche Gesellschaft eingelassen ! So sindt dann die Leges vnd Rechten in solchen Fällen mit den indicijs vnd Zeugnüssen zufrieden / welche man mit fleißiger Erforschung nach des Lasters Art vnd Natur haben kan. text. in c. fin. de. testib. cog. & ibi glosa. Und wird diese Lehr in Tribunalibus als von der Catholischen Kirchen approbirter Process in observatione viridi, beständig behalten. + Und wie wol Carolus der N Fünfe in seinen Constitutionib. nicht ausdrücklich meldet/ daß man auß zweyen oder dreyen complicum vnd Zeugen denuntiationes oder Bekantnüssen zur Folter schreiten sol/ thut doch solches nichts zur

F

Sach

Sach auch nicht zu achten ist / weiles von
O Käyser Carolo nicht verbotten. † dann
es war sein Intent vnd Mehnung damah-
len nicht / alle besondere indicia zu neuen
vnd zbeschreiben (welche fast vnzahlbar
seind) noch etwan auch die Gemeine vnd
Particular Rechten vmbzustossen; sondern
eliche geringe Zeichen den Richtern anzu-
zeigen / auff welche sie procediren könnten.
Es referirt auch / vnd berüfft sich offt selb-
sten Carolus auff den rechien Brauch
Rahe vnd Lehr der Rechtsgelehrten / son-
derlich wo sie in beständiger prax i vnd viri-
di observantia gehalten werden.

V. Weiters hat man bey diesen votis
vnd Bekantnuß der Mitgespielten fleissig
in acht zunehmen / daß man nach beschaffi-
P enheit der Person/so wöl der Zeugen † al-
Quach der Beklagten † procedire / vnn
vmbständig auffmercke : sonderlich ob di
Rei oder Zauberische Persohnen ad ban-
chum juris darauff bestehen/vnd bis in den
R Todt verharren † ob viel oder wenig vo-
cirt haben / vnd auff ein Person gestorbe-
senen/damit man auf dergleichen rechtmei-
sigen indicis ein reifflich Urtheil fassen
vnd

vnd zur Tortur schreiten möge.

VI. Man kan auch diese General vnd
gemeine Regul zugeben/ so ex l. i. ff. de qua-
stion. abzunehmen: daß zur Tortur solche
starcke indicia von nöthen seyen/ auf wel-
chen ein Richter vermuthendlich abneh-
men kan/ daß der Gefangener schuldmässig
sey/ vnd möge anders nichts vbrig seyn/
als daß er die That bekennen müsse. †

S

NOTÆ ET ADDITIO- NES AD TIT. II.

IN præced. titulo sunt recensita indi- A
cia quæ ad specialem inquisitionem &
etiam capturam viam aperiunt; in hoc
tit. nunc agitur de indicijs quæ ad tortu-
ram sufficiunt. Vbi dubitari posset, num
tortura ullo casu adhiberi possit. Evidem c-
leganter contra torturam loquitur Co-
ras. cent. i. S. Ct. Tholosani. c. § 8. quæ & ipso
Cto teste res est fragilis & periculosa, &
quæ veritatem fallat. L. i. §. questioni. de
quaſt. Immanem præterea sapit Ethni-
corum, à quibus profecta, barbariem,
quam nec Nero spectavit, de quo Histo-

F 2

ticus:

ricus. Iussit scelera fieri, non spectavit. verum tamen hæc & similia huc comportare, nec opore premium neq; necessarium est dubium illud anxiè decidere, si quidē minime sunt mutanda quæ certam interpretationem semper habuerunt dicentes ICto in l. 23. de legib. Sanè nonnulli hominum ad jurandum contemptu religionis faciles sunt : alij per quam timidi metu divini numinis usq; ad superstitionem. l. 8. de codit. institut. sic etiam plerique patientia, sive duritia tormentorum ita tormenta contemnunt, ut ex primis eis veritas nullo modo possit : alij tanta sunt impatientia, ut quodvis mentiri, quam pati tormenta, velint. l. 1. §. 23. de quest. non tamen vel ideò jarisjurandi, vel torturæ, illud litis expediendæ. l. 1. de Jiurando. hoc veritatis eruendæ ; l. 1. de quest. remedia tolli debent ; sed utroque probe dispiciendum, cui vel juramentū deferri l. 3. | de jiurand. l. 4. de en lit. jur. vel 8. tortura decerni debeat. l. 7. l. 10. §. 3. de q. rō

B Omissis Doctorum fluctuantibus opinionibus de triplici indiciorum discrimine ; quæ nimirum ad capturam potius

quæ

quæ ad torturam ; quæq; ad condemnationem faciant : ego unum judiciorum genus , sed plures ejusdem species , seu gradus statuo. Qualitate enim & quantitate inter se differunt ; rei naturâ, & proprietate nequaquam ; nisi quod eorumdem probabilitas ; & probabilitatis legitima demonstratio , diversos effectus fortifiatur ; idq; ex legum atq; D. Caroli V. Imp. præscripto, in ordin. crim art. 6.

Qamvis ut hoc addam , in re ipsa fortassis non tanta dissensio est , sed saltē quo ad loquendi modum : cum in effectu indiciorum discepantia cōcedatur. De effectu vero ubi constat , panem si vis , vo- ca lapidem & da mihi dum famelco & ero cōtentus. Ait Mimus. Omnia iudicia debent esse legitima : legitima autē iudicia sunt , quæ ex legitimis causis proueniunt , veluti per testes legitimo modo , hoc est , juratō examinatos l. juris jurandi . 8. C. de testib. cap. nuper. de testib. prout ve- rō testes jurati , ex propria scientia vel ex auditu seu fama publica , de ipso delicto vel diliicti adminiculis quibusdam , de ponunt , ita iudicia argumentave proba-

bilia aut minus probabilia inducunt, atque hinc personas reas vel capturæ vel quæstionis periculo aggravant. Confer quæ dicam infrà in decisione q. 12. §. volui
hæc præmittere. & quæ habet Delrio. lib.
5. sect. 3. vers. Hæc indicia volunt Dd. Unde
quoq; sit quòd indicia quædam sunt le-
via, quædam gravia & urgentia quædam
gravissima & indubitata. Vid. Minsing. 6.
Obs. 97. Clar. quest. 20. num. 1. Et hi sunt
indiciorum gradus, qui intuitu probabi-
litatis ac certitudinis quam gignunt, di-
versos operantur effectus, nimirum cap-
turam, torturamvè: Sed an etiam ope-
rantur ad effectum condemnationis? de
hoc dicam lit. seq. C. Atq; hisce neces-
arium consequens est, eo clariora & veri-
similiora & propinquiora requiri indi-
cia, quò actus judicialis majoris præjudi-
cii fuerit reo: Unde ad cōdemnationem de-
bent esse indicia indubitata & luce me-
ridiana clariora. Minsing. 6. Obs. 97. n. 6.
ad torturam requiruntur urgentia & apta-
ad plenè persuadendum animum judi-
cis. Minsing. d. Obs. n. 5. sed ad capturam &
inquisitionem specialem necessaria sunt in-
dicia

dicia gravia, nimirum in crimen Magiæ,
de quo agimus, quoniam ob tale crimen
captura damnum est irreparabile, quæ
existimationē hominis illæsam esse non
patitur, eundem si non juris, saltem facti
infamia aggravantem. Paul. de Castr. in
L. 4. §. condemnatum. de re judic. sufficiunt
tamen ad *inquisitionem generalem* indicia
levia, cum & possit aliquando formari
nō præcedentib. ullis indiciis si in gene-
re saltem constet delictum esse commis-
sum, veluti segetes corruptas, infantem
occisum, & maleficia esse frequentia: de
quo dictum ad *tit. præced. i.*

Hanc quidem gradationem alii
improbant, ac corruptelā vocant. Clar.
d. q. 20. n. 3. quæ tamen revera æquitati
& rationi contentanea, quod bene docet
Farinac. *de inquisit. quest. i. n. 47.* & ex ipso
Delrio. *d. lib. 5. sect. 3. in pri.* Cœterum quæ
sint indicia levia, quæ gravia, quæ gra-
vissima, dicam ad *lit. seq. D.*

Dicit Minsing. 6. *Obser. 97. num. 6.* C
Quædam indicia esse indubitate, & ea
cum aliis sufficere ad cōdemnationē; Et
idem in terminis Magiæ ex Binsfeldio &

F 4 aliis

aliis notavit Valentia disp. 6. q. 13. punc. 4.
§. 4. in hujusmodi criminibus atrocibus
& exceptis, naturâ suâ secretis, proba-
tionem per conjecturas & indicia, & de-
nuntiationes complicum, etiam sine
propriâ rei cōfessione, sufficere quidem
ad condemnandum, sed pœnâ mitiori
quam ordinariâ: quod tamen dictum
Valentiae non undiquaq; probandum re-
ctè admonuit Tanner. *in processu adversus*
Sagas. c. I. n. 28. atq; de eo vide quæ dicam
infra in decisione q. 8. Cæterum illâ diffi-
cilem quæstionem: *an ex præsumptionibus*
& indiciis corporaliter & ad mortem possit
condemnare iudex? deiicimus ad tit. seq. 7.
tractant eam doctè & latè Farinac. *qnast.*
crim. 86. n. 1. & seqq. Gomez. *de delict. c. 12.*
rubr. de probat. Tiraq. *de pœn. temp. causa. 27.*
n. 6. Menoch. *I. præsumt. 92.* & optimè
Molina. *de I. & I. tract. 4. disp. 15. n. 13.* ubi
hoc notandum esse docet, majorem præ-
sumptionem requiri ad aliquem cōdem-
nandum *criminaliter*, pœnamq; illi injun-
gendam, quam ad eum damnandum *Civ*
iliter, id alteri adjudicando, de quo in-
ter eos est contentio: quare quod ali-
quando est sufficiens, & violenta præ-

sumtio ad hoc secundum, non est vio-
lenta & sufficiēs præsumtio ad illud pri-
mum. *Exemplum* est in illa *Salomonis præ-*
sumtione, ob quam adjudicavit puerum
illum, quæ vera erat illius mater: ut enim
notant Panor. & alii in c. *afferre de præ-*
sumt. Præsumptio illa sufficiens fuit ad
damnandum civiliter eam, quę non erat
vera illius pueri mater, filium alteri adju-
dicando: non vero sufficiens ad damnā-
dum eam criminaliter pœnā ordinariā,
quā propter id delictum erat digna: un-
dē non legimus, Salomonem talem pœ-
nam illi inflixisse. *Exemplum* verò vio-
lentæ præsumptionis ad damnandum ali-
quem pœnā capitatis est, si evaginato enī
sanguineq; consperso conspiciatur fu-
gere de loco, in quo relinquitur aliquis
interfectus. Imò verò juxta Panor. c. tert.
loco de probationibus, & Bart. in L. fur. ff. de
furt. violenta erit præsumtio, si solū con-
spiciatur egredi fugiēs enī stricto de eo
loco. Item violenta præsumtio adulterii,
& subindē ut pœna capitatis imponatur,
est: si quis nudus reperiatur in eodem le-
cto cum nuda aliena uxore. Atque hæc

F s

sunt

74 Tit. II. Ex quibus indiciis

sunt indicia sufficientia ad condemnationem, de quibus sermo est. I. sciant C. de prob. Minora verò alia, ut quod comminatus prius fuerit aliquis alicui mortem, qui posteà reperitur interfactus, quamvis ad torturam sufficient, aut ad poenam arbitriariam, & ad vehementem prælumtionem: non tamen sufficient ad damnandum poenâ ordinariâ. Confer bene Farinac. quest. crim. 52. n. 50. & multis sequentibus.

Dissentit Fachin. I. contr. 29. qui in puncto juris generaliter defendit, ex presumptionibus reum nunquam condemnandum, sed tantummodo torquendum esse; Videtur quoad presumptiones idem dicere Minsing. d. Obs. 97. num. 9. tametsi quoad indicia aliud statuat. Sed tu vide Farinac. & Menoch. dd. locis. qui concludunt hoc totum relinquere arbitrio judicis, qui pro indiciorum & presumptionum qualitate, ac pro conditione personæ arbitretur, an extrà ordinem Reus damna- ri, an verò torturæ subiici debeat, ut ita servari vides, & per exempla commonstrat Farinac. d. quest. 86. n. 66. ubi subiicit,

cit, si judex videt reum robustum & tale,
qui facile spretâ torturâ eam sustinebit,
deveniet ex indiciis indubitatis ad illum
condemnandum in pœnam extraordi-
nariam; si verò verisimiliter crediderit,
eum dicturum in torturâ veritatē, tunc
ad torturam, ut delicta perfecta ordina-
riè puniantur, si velit, devenire potest.

Eleganter ait Valsq. *illustr. contro D*
vers. lib. 1. c. 14. n. 2. nullum esse genus pro-
bationis quod judicem ex toto certum
reddat, ea de re, quæ in controversiam
vertitur, nam ut lex noluit integrum fi-
*dem adhiberi unitesti, quia potest men-
tiri, ita quoq; duo aut tres, vel etiam*
mille testes mentiri possunt: Sed tamen
duobus, vel tribus fidem adhiberi jubet,
eo quod verosimile sit (ut legi visum est)
duos vel tres verum dicturos, sicq; huic
conjecturæ, & verosimilitudini fidem
adhibemus, quam fallere non posse, ig-
noramus: sed humana cognitio, & pe-
ritia ulterius sese non extendit, ita tra-
dunt communiter Noct. inc. afferre, per
tex. ibi de præsumpt. Bart. & alij in l. admo-
nendi, colum. 2. ff. de jure iur. ideo in l. 3. §.
1. ff.

76 Tit. II. Ex quibus indicis

1. ff. de testibus. Imperator per Jureconsultum ibi relatus, ait: *Tu magis scire poteris quanta fides sit testibus adhibenda, non obscurè significans, probationes esse arbitrarias, vel saltem in ejus judicis arbitrio plurimum esse relinquendum.* Atq; hinc etiam bene infertur quæ indicia sint levia quæ gravia, quæ gravissima hoc ordinariè p̄dere à Judicis arbitrio, eūq; judicare debere, personarū & rerum circūstantijs trutinatis, q̄ indicia ad quid sufficiant, an ad torturā capturam, pœnamve extraordinariam. Farinac. *de indic: quest. 37. n. 192.* Mynsing. 6. *obser. 97. n. 2.* & 7. quod arbitrium debet ille dirigere ad normam juris scripti, vel consuetudinarij, & receptas inter pp. opiniones & praxim patriæ quod est singulatiter notandum. Vide Mynsing. d. *obs 97. n. 8.* & eleganter Farinacium *d. quest. 37. n. 193.* & seqq. vnde non potest nova inducere & formare indicia ex sua, ut dicunt *Doctores*, cervice, & ex illis ad torturam vel inquisitionem specialem devenire, sed imo debet habere indicia à jure approbata & quæ in jure subsistant: debet arbitri-

arbitrium eius esse regulatum secundum Leges & Doctorum approbatas sententias. Eleg. Farinac. d. q. 37. n. 193.

Regula hæc: torturam legitimis non E
precedentibus indiciis minimè posse inferri:
generaliter obtinet, tam in exceptis,
quam criminibus non exceptis: prout
docet eleganter Farinac. de indic. & tort.
q. 37. n. 79. 80. 81. & 82. Mascard. de pros-
bat. lib. 3. conclus. 1385. num. 4. ubi dicit com-
munem hanc esse sententiam, quod in o-
mnibus criminib. exceptis legitima re-
quirantur indicia. Licet enim multi Dd.
dixerint, in atrocissimis & exceptis per-
missum Judici jura transgredi, ut in his
ordo sit ordinem juris non servare, pro-
ut fuit originale dictum Innocentii inc.
1. de constitut. referente Farinacio. d. q. 17.
n. 86. quem secuti sunt communiter Dd.
ut videre est apud relatos per Roland. in
consil. 7. n. 6. vol. I. & consil. 12. n. II. & seqq.
vol. 3. Menoch. de arbitrar. quest. 84. num. 9.
Mascard d. concl. 1385. n. 13. & seq. plenissi-
mè Tiraquell. de pæn. temperand. causa 49.
n. 16. & omnibus seqq. hoc et tamen vel nō
est verum, dicit Farinac. d. q. n. 90. vel
solum-

78 Tit. II. Ex quibus indicis
solummodo procedit, quando jām con-
stat de delicto , non etiam ubi adhuc
quæritur an reus deliquerit , quomodo
istud dictum *Innocentii* moderantur &
explicant communiter Dd. quos allegat &
sequitur Farinac. d. quest. num. 90. proce-
dit igitur ista doctrina *Innocentii* saltem
in puniendo , postquam constat de Rei
delicto; non etiam in procedendo & tor-
quendo, quando inquiritur an Reus de-
liquerit, quo casu ut absq; legitimis indi-
ciis præcedentibus aliquis torqueatur,
necnulla jura , nec æquitas permittunt.
Farinac. d. q. n. 79. & n. 89. Mascard. d. con-
clus. n. 4.

Atquin dixeris quod in atrocissimis
leviora requiruntur indicia, & in iis , Jus-
dex debet esse promptior ad torturam.
Dicente idem Roland. d. consil. 7. n. 5. &
seqq. Mascardo. d. concl. 13; 85. num. 13. lib. 3.
Confer quæ dicam infra in decisione q.
20. Verum respondeo non indè sequi, in
atrocissimis posse Reum torquei ex no-
legitimis & insufficientibus indiciis, ta-
met si possit ex levioribus, siquidem qua
indicia leviora in iis criminibus atten-
duntur.

Inquisitus torqueri possit. 79

duntur ea sufficientia censentur, prout
notavi ad tit. præced. i. lit. p. & dicam plu-
ribus infrà in decisione dicta & q. 20.

Amplia prædictam regulam, ut si-
ne legitimis præcedentibus indiciis Ju-
dex nec leviter quidem possit reum tor-
quere, imò nec terrere, per tradita Fari-
naci d. q. 37. n. 96. & 97. Malcar. de probat.
lib. i. concl. 352. n. 14. Dissentit Baldus quē
refert Farinac. d. loco. n. 98. qui dicit sine
sufficientibus indiciis posse aliquem in
atrocissimis terreri, quia vultus Judicis
in talibus debet apparere terribilis. Bals-
dum plurimi sequuntur quos itidem
refert Farinacius d. num. 98. & 99. qui
& ibidem numer. sequente 103. doctè &
subtiliter hanc materiam declarat, &
doctrinam Baldi procedere dicit, existen-
tibus quibusdam indicijs licet non suffi-
cientibus & legitimis ad torturam, atta-
men ob quæ Reus leuiter torqueri aut
terreri possit; nullis verò existentibus in-
dicis nec ad terrendum vel leviter tors-
quendum deveniri potest, quo sensu di-
cit Farinacius superiorem ampliationem
esse capiendam; Benè tamen ibidem n.

103.

80 Tit. II. Ex quibus indicis

103. monet Judices, ut in priori casu ex qualibus qualibus suspicionibus aut indicijs non statim ad territionem etiam *verbalem* deveniant contrà personas timidas, *putâ mulieres*, & similes, in quibus ut experientia docet quotidiè, & ego sæpius observavi, ait *Farinacius*, possunt aliquando tantum minæ de torquendo, quantum in alio homine robusto, nec timido, tortura ipsa. Plura ibi habet *Farinacius* notatu & scitu digna.

Fest hæc prima ac ferè præcipua difficultas, ex ijs, quæ hodiè circâ processum adversus Sagas in quæstionem veniunt; *Vtrum in hoc criminis sola denunciatio complicum, absq; ullis aliis indicis sufficiat ad capiendas & torquendas personas de-nuntiatas, etiam bona alioquin famæ?* De qua difficultate distinetè & plenè agam infra indecisione quæstionum 7. 8. 9. & 10. M hi ex Catholicis præter Patrem *Tannerum* vix alias scriptor visus fuit, qui fidem omnem denuntiationibus complicum derogarit scripsitque illis quætumvis multiplicentur, absque alijs indiciis aduersus bonæ famæ personas pro-

sus

Inquisitus torqueri possit.

81

Sus nihil credendum, quod est, meo judicio, contra communem & receptam proxim loqui, & qui jure naturali, quod in criminibus exceptis sequimur, vel criminosisissimis nihil unquam credendum asserit, mihi sit incredibilis : si nihil illis credendum, cur etiam positivo jure in hoc criminе de sociis interrogantur & ad denuntiationem admittuntur ? sciendum enim communem esse Dd: sententiam, maleficos & mathematicos de cōlociis interrogari & torqueri posse. eleg. Farinac: quæst. crim. 43. per totam: quod & j civili cautum. l. fin. C. de maleficiis. & omnium praxi receptum est, testante Farinacio. d. q. 42. n. 67. & Carolinâ constitutione quæ est in imperio servanda, sancitum. P. H. D. art. 31. imd & judicem teneri interrogare, & reum in cōscientiâ teneri denunciare socios, est intentia Theologorum; quos vide citatos apud Binsteld: de confess. malefic. membr. 4. ubi videbis plura de hoc puncto scitu digna. Et ergo Jūdices frustrā adstringerentur ad interrogandum si non deberent eis fidem habere. Certum igitur est aliquam habere

6

bere

bere debere, sed quantā & ad quid? non quā
ad eō certum est. Ex cōmuni Dd. tenten-
tia gignit nominatio (nempē, quod notan-
dum, facta ab uno complice, nō quae facta à plu-
ribus, de quares est certior: Idoneam præ-
sumptionem contra socios, si sequenti
concurrant; nempe si non sit defectus in
personā, qui elevet fidem: hujusmodi
autem defectus raro cōtingit. Admittū-
tur enim infames: tales sunt omnes co-
plices: ideo minus fidei meretur eorum
testimonium, quam virorum bonorum
admittuntur tamen ad denuntiationem
& testimonium, quia vix possunt alij ha-
beri, & malefici non solent hoc crime
nisi coram complicibus committere &
solis illis detegunt: & infamiae hoc im-
pedimentum, est juris positivus: ideo le-
potest in eo dispensare ex justā causā,
fecit. debet tamen, hęc complicis de-
nuntatio esse facta in torturā, eo quo-
cum sint infames, parum illis extra tor-
turam credendū:

Debet autem hęc tortura special-
ter adhiberi pro confirmatione tuę de-
positionis, nec sufficit prima tortura.

Inquisitus torqueri possit.

83

non quā reus tuum delictum confessus est,
sic Clarus §. vlt. q. 45. Antequam vero
specialiter torqueatur pro confirmatio-
ne depositionis illius in tortura; in qua
suum crimen fassus; factæ; debet ean-
dem depositionem sponte ratificare, nō
secus ac ipsam principalem delicti con-
fessionem. Marsil. §. diligenter num. 153;
Carrer. de indic. & tort. §. octavum indi-
cium numeri. 17. & 22. postea poterit co-
ram nominato; ad confirmationem suæ
confessionis; & ut locios magis afficiat;
& ut defectum infamiae expurget; & ad
omnem alium bonum effectum, iterum
subdi toturæ, sed admodum levi, sic post
Böer. Boss. Clarum. Farinacius quæst.
43. numer. 139. qui testatur sic Romæ
practicari. Atq; hoc est reum torquere in
caput alterius: & ejusmodi torturam in ca-
put alterius in causâ beneficij feliciter
aliquando successisse memini.

Sunt præterea alia requisita huius
nominationis, quæ enumerabo infrà in
decis. q. 9. circ à finem. singulariter autem re-
quititur, ut nominator nihil iræ vel ran-
coris habeat, vel odij cum nominato; ut

G 2

nomi-

84 Tit. II. Ex quibus indicis
nominans diligenter interrogetur & co-
certâ causa scientia & omnibus circum-
stantiis, quis, quid, quando, ubi, cum qu-
bus, quomodo? ut quoq; judex diligenter Pe-
attendat an nominans notoriè sit impo-
nitens; & deniq; ut inquiratur à vic-
nis an nominata persona fuerit de ta-
crimine à fide dignis unquam diffamat
vel suspecta habita. P. H. D. artic. 34. tria-
4. & artic. 44. ibi, vnd dicselbigr Personen
sen sonst auch berüchtig. Ubi, ut obite De-
hoc addam, singulariter observandum
est, hoc quod in d. artic. dicitur, denun-
ciatam personam super crimine isto a
lias infamatam esse debere, capiendum
de denuntiatione unius, in quibus termi-
nis loquuntur, non plurium, quod doct
probat Delrio lib. 5. in append. 2. quest.
per totam, & quest. 5. vers ex his jam patet:
fine. & quest. 7. vers. Doctores etiam cum
gunt. quod ideo moneo, ne quis hi
concludat, nominationi plurium non e sole
se fidem habendam si persona denuntia-
ta non sit ēt super hoc diffamata, adeo cum
plurium nominationibus nihil credere aux
cum esse contrà personas bonæ fama quan-

com

contrà quam sententiam plurimis di-
sputabo infra in decis. quest. 10. Quomodo
& Doctores Patavini apud M. Anton.
Pereg. consil. de Sagis. n. 33. & seqq. respon-
derunt, dictos artic. 31. & 44. loqui de de-
nuntiatione ab uno complici facta; quæ
verò requiruntur in denuntiatione u-
nius, non requiruntur etiam in denun-
tiatione plurium, juxta Patavinos. d. con-
sil. n. 34. & seqq. & Dd. Friburgenses. teste
Delrio. d. append. 2. quest. 4.

Ad ista requisita debet Judex dili-
genter attendere; secus quisquis fecerit
& vagè cuicunq; nominationi credide-
rit, quin hinc lacrymae & ex tali processu
periculum certum creetur innocentib.
indubium est. Et istum in easum Tanne-
rus in suo tractat. Theologico de processu
contrà Sagas. cap. 3. n. 87. verissimè recita-
vit dictum Ecclesiastici cap. 4. vers. 1. ibi:
Verti me ad alia, & vidi calumnias, quæ sub
sole geruntur, & lacrymas innocentium, &
neminem consolatorem: nec posse resistere eo-
(calumniatorum) violentia cunctorum
auxilio destitutos. Et laudavi magis mortuos,
quam viventes: & faciliorem utroq; judicavi,

*Tit. II. Ex quibus indicis
qui nec dum natus est, nec vidit mala quae sub
sole sunt. Ac fortè, ut hoc addam, posse
videri de raro contingentibus questio-
nem hic esse, cum vel nunquam vel ra-
rissimè denuntiationes pluriū solē pos-
sint esse & sine aliis adminiculis, ubi enim
bonæ famæ persona à plurib. denuntia-
tur, quam erit facilē, ut vel fuerit cum u-
na ex iis familiariter conversata, sit inter
illas vitæ genus simile, & dignitas æqua-
lis &c. Vide infra decisionem quest. 10.
Et quid multis poterit haud difficulter
circumspecto & pio Judici de veritate
nominationis cōstare ex ipsis etiam cir-
cumstantiis quibus oportet eas vestiri.
Sed ad rem.*

G *Hic queritur: an unius denuntiationis
ad torturam sufficiat: quam questionem
latè examino & negativè decido infra in
quest. 7. quo Lectorem remitto, ubi Go-
metz. Farinc. Menoch. Bertaz. aliosq; au-
thores citatos reperiet, quos hic non re-
peto.*

H *Vide quæ dicam infra in dicta quæ
7. vers. Et ergo reus de se ipso confessus: ubi
pluribus monco Judicem, ut cum uno
solo*

solo complice semper requirat indicia
urgentia, bewehrte Anzeigung / sive argu-
menta evidentia, priusquam torturam di-
co etiam in casu Magiæ, capturam decer-
nat, per rationes quas subiicio in d. q. 7.
vers. atquin inquies: & in quest. II. vers. atq;
hinc: quod singulariter notandum. Si ve-
rò lector scire voluerit quæ sint indicia
approbatæ à jure, cum quibus juncta no-
minatio unius socii criminis faciat indi-
cium ad torturam contrà nominatum,
illa commemorat insignis JC. Farinac.
quest. crim. 43. à n. 163. ad num. 177. quæ in
hanc summarum contraxit Delrio. d. l. 5.
sect. 3. vers ad torturam. Primò si accedat
unus testis oculatus major exceptione,
poterit judex procedere ad torturam
valdè gravem, quia tunc habet plusquā
semiplenam probationem, non tamen
facit iste testis plenam tunc probationē,
ut malè putarunt multi recētores: nam
non potest dici plenè probatum, vel re-
us convictus, nisi per duos saltem exce-
ptione majores, talis autem nunquam
est locius criminis. 2. Si accedat non u-
nus testis auritus, sed ut minimum duo:

88 *Tit. II. Ex quibus indiciis*

hi enim faciunt præsumptionem aliquā
3. Si accedat inimicitia gravis nominati
cum occiso, vel damnificato. 4. Si acce-
dat fama contra nominatum, sed hoc in-
diget explicatione, de qua vide intrà in-
conclusionē hujus tit. versic. tertio: 5. Si acce-
dat, cum dicto locii criminis fuga nomi-
nati ob metum non justum, vel suspicio-
nem non vehementem, inquisitionis
contra eum formandæ, antè accusatio-
nem formatam, vel antequam ad actum
judicii aliquem sit processum coram ju-
dice non inclementi; aut solito procede-
re non temerè, neq; præcipitanter: his
enim casibus, si judicium deserat, neq;
citatus compareat, vel absentiæ justas
causas adferat; vehementer oritur suspi-
cio: 6. Si accedat stricta amicitia & assi-
dua conversatio nominati cum nomi-
nante, tanta ut faciat valde verisimilem
præsumptionem participationis in cri-
mine 7. Si accedat secreta collocutio
nominati & nominatis ante crimen cō-
missum habita: verbi gratia, antequam
segetes destruerentur, puer necaretur,
&c. Plura horum indicia, quæ cum no-
mi-

minatione unius locii criminis juncta, torturæ locum faciunt, recensebo intrà in conclusione hujus tituli. vers. sextò huc refer.

Consentit Delrio libr. 5. in append. I

2. quæst. i. concil. i. in fine. quem tamen mirari subit, postquam dixit illam sententiam judicii in utroq; Foro sequendam esse, quod subiicit, si quis tamen contraria secutus fuerit & ex unius complicis nominatione torturam decreverit, eum Syndicatu non subjacere; Sic tanè velomni casu Judex plusquam à quo severus excusari posset, quod nunquam desint qui temerè dissentiant maximè in his criminibus exceptis, ubi etiam reperti sunt plurimi, qui affirmare non erubuerunt, in atrocissimis etiam absq; indiciis legitimis aliquem torqueri posse: quos citatae culpat Farinac. de indic. quæst. 37. num. 85. & 86. Et jam suprà in hoc. tit. lit. D. monuimus debere Judicem receptas interpp. opiniones & præsim patræ lequi; ut Delrio fermè videri possit modum excessisse ac etiam nominationi unius complicis quasi per indicia

G § rectum

90 Tit. II. Ex quibus indicis

rectum nimium tribuere voluisse; sed vi-
ri docti juxta & pii laudem non diminuo-
quam ei eleganter auxit Antonius Fa-
ber, in Cod. ad tit. de Malefic. & Mathe-
mat. de fin. 2. n. II. cuius verbareferat. Ex
omnibus, inquit Faber, unus est Martinus
Delrio ICtus & Theologus clarissimus, qui dis-
quisitionum Magicarum libris omnia, qua ad
hunc tractatum pertinent, adeò diligenter pro-
secutus est, & accommodatè ad præcepta fidei
usumq; forensem, ut neq; copiosius, neq; orna-
tius quicquam scribi potuerit, dignum planè
opus tanto viro nec minus pietatis, quam eru-
ditionis fama conspicuo inter tot tantosq; So-
cietatis IESU Patres, quibus nihil atas nostra
tulit, feretq; aut eruditius, aut religiosius, ni-
hil deniq; toti Christianæ Reipublicæ in tanta
seculi infelicitate utilius. Hæc ille:

K Ad hos auctores Lectorem remitto:
docet idem eleganter Binsfeldius in hac
materiâ diu versatus, de confess. malefic.
concl. 6. in prin. & dub. 1. ibidem. Quæ re-
quirantur ad fidem nominationis, dixi
in præced. lit. f. præter ea requiri dicit Fa-
rinac. d. q. 43. n. 177. ut talis nominatio
complicis, adeò verisimilis appareat, ut
ju-

judex ex ipso quoq; testimoniis numero, & qualitate deponentium, & persona eorum, contra quos deponitur, & aliis factis circumstantiis, quasi certo credat nominantem non mentiri. Deinde quod locius criminis socios nominans non patiatur, nisi hunc unum defectum: nam si plures habeat, etiam si tantum duos v.g. quod non tantum sit infamis & criminosus. sed etiam sit vilis, abjectus, Aleo, vel alias inhabilis, tunc ne in exceptis, quidem ficerent indicium ad inquisitionem specialem, ne dum ad torturam, etiam si in tortura suam nominationem confirmasset, quia haec vicinum supplet defectum tantum: quod procedit, multo fortius in nominante socio criminis inimico, perjuro, vel vario & sibi contrario. Ita Farin. d.q. 43. n. 177. ad num. 195. de quo tamen postremo dicam plenius infra in hoc tit. lit. p.

Hæ sunt rationes quibus movetur L

Tanner. in d. tract. Theologico de proc. adv.

Sagas cap. 2. per tot. quas refero & examino infra. in decis. quest. 9. & 10. quo Lectorem remitto, ne crambem bis coctam ei apponam. Pro

92 Tit. II. Ex quibus indiciis

M Pro hac sententia plura fundamēta & auctoritates adduco infrā in decis. dicta quest. 9. ubi etiam argumentum hic adductum pluribus illustro.

N De praxi ac processu Curiarum Germaniæ notoriè constat; idem servari in Parlamento Burdigalensi, testatur Boer. *decis. 319. ubi n. 17.* refert sic bis fuisse judicatum ob nominationem duorum & trium reorum: Et Curiæ Parisiensis hanc esse praxim testatur Papon. *lib. 22. tit. 13. art. 2. & 3.* Sic etiam servari in regno Neapolitano ex aliis memorat Clarus quest. 21. num. 9. & II. atq; de hac praxi testes sunt innumerabiles Doctores & JCti Friburgenses, & Ingolstadienses apud Delrium *lib. 5. in append. 2. quest. 2.* ferè in fine. & quoq; Patavini apud M. Anton. Peregrin. *d. conf. 2. de Sagis. n. 19. & seqq.*

O Novi JCtos & amicos meos qui præter indicia in Carolinâ Constitutio- ne expressa, in crimine Magiæ, alia non admittunt; quibus non adsentior; Est namq; ipsorum argumentum nihil & merè negatiuum & tale: Carolina Con- stitutio inter cætera indica maleficii nō ponit

ponit duorum vel plurium denuntiationem. artic. 44. Non est ergo curandum hoc indicium: Nam Caroli mens non fuit omnia indicia commemorare, quæ sunt ferè infinita: Sed quædam ponere, eaq; leviora quam sit denuntiatio, quæ judici liceat sequi: quis nescit illud *KL. piani*, leges non posse ita scribi, ut omnes causas quæ quandoq; inciderint comprehendant: & ideo illum qui jurisdictioni præst interpretatione ad similla procedere, & jus dicere debere, *I. neque & seqq.* *D. de legib.* Quare, quod cæteris legibus Imperatorum commune est, hæc Carolina ex aliis juris scripti & consuetudinarii decretis interpretationem admittit: cum non appareat Carolum voluisse per eam communia vel particularia regionum jura tollere: contrarium potius colligitur, quoniam ipse Carolus in locis nonnullis illarum cōstitutionum, sc. Jus dicemq; remittit ad jus commune & consilium Jureconsultorum; licet ergo in non expressis judici hæc sequi, maxime si confirmantur, recepta in locis illis praxi & decisionibus judiciorum, Con-

fer

ter huc, quæ dicunt I Cti Patavini apud
M. Anton. Peregrin. cons. 2. n. 106. de Sa-
gis. indicia sufficientia ad torturam in
crimine Magiæ nonnulla attulit; & pro
sufficientibus firmavit constitutio Imp.
Caroli. V. d. artic. non tamen taxative
stat, adeò ut etiam ex alijs suisi posset
indictum, veluti si ultrà nominationem
criminosi concurreret nominati fuga
extemporanea, initicitia cum damni-
ficato, secreta collocutio cum nominan-
te, Fama vehemens &c. Ita Patavini. Et
adde similiter in hanc sententiam Mol-
lerum in comm. ad Constit. Saxon. part. 4
constit. 2. n. 13. Et quæ in calu non absimili
controvertunt Legistæ: Num aliae cause
exhereditationis admittantur, præter expres-
sas in Nov. 115? quod ipsi communiter etiā
contra expressa verba istius Novellæ af-
firmant. teste Iasone in Auth. non licet.
C. de liber. præter. n. 6. Ludov. Schwarzi
lib. 1. Miscell. jur. c. 5. in fin. Clar. S. testa-
mentum. q. 41. n. 2. Sichard. in d. auth. non
licet. n. 7. & 8.

P Nimirum debet judex diligenter
perpendere, an testes, seu socii criminis
socios

socios nominantes , sint singulares , ini-
mici , mulieres , minorennes , aut præter
infamiam plures patiantur defectus , de
quibus in literis præcedentibus F. & C. K.
monui: Et an testes singulares in cri-
mione magiæ admittantur , & quæ sit sin-
gularitas testimoniū explicō & decido ple-
nius infrā in quest. 18. pro ut ago ibidem
de mulierum testimonio , in quest: seq. 19.
ubi vide. Anverò malefici denuntiantes , im-
pliciti etiam aliis criminibus , faciant indicium
ad torturam , maximè quando sunt plures ?
Hæc una quæstionum , in qua , duæ sunt
opiniones contrariæ valde probabiles.
Sanè Delrius hic sibi non constitit , aut
mutavit: Evidem lib. 5. sect. 3. vers. condi-
tiones autem requisitæ : statuit , si socius cri-
minis socios nominās plures habeat de-
fectus , V. G. quod non tantum sit infa-
mis , sed etiam vilis , abjectus , periurus
&c. tunc ne in exceptis quidem facere
inditium ad inquisitionem specialem ,
nendum ad torturā etiam si in tortura su-
am nominationem postea confirmasset
&c. addita hac ratione , quia hæc unicū
supplet defectum tantum ; ita Delrio ibi-
dens

98

tit. 17. Ex quibus indicis
dem communem interpp: sententiam se-
cutus fuit, quam tenent etiam Farinac.
quest. 43. n. 178. & seqq. Menoch. de ar-
bitra. c. 474. n. 54. Mascard. concl. 1311. n.
12. & 13. Cravet. con. 6. n. 54. Bertaz. con-
sil. 3. n. 32. pluresq; alii relati à Baiardo ad
Clarum. in pract. q. 24. n. 128. & ab ipso
Delrio. d. lib. 5. in. append. 2. q. 7. in prin.
quo tamē in loco Delr. mutat atq; ab hac
communi recedit, ac statuit *indistincti*
quod in ciminibus exceptis, si aliter ve-
ritas haberi non posset quam per socios
criminis, illos, etiam si plures defectus pa-
tiantur, multisq; aliis criminibus impli-
cati sint ad inquirendum & ad torquen-
dum à judice admitti posse; quod etiam
existimat Baiardus ad Clarum d. loc. ubi
postquam Dd. multos in sententiam su-
periorem nominavit, & argumenta illo-
rum proposuit; hæc verba subdit: sed
quicquid sit de jure veritas est quod cōsuetudo
servat, ut omnes testes cum tortura admittan-
tur, etiam si mille defectus paterentur: alias
rarò socii criminis dictum fidem faceret, quia
pauci sunt socij criminis, qui pluribus defecti-
bus non sint notati, & sic delicta remanerent
impi-

Inquisitus torqueri posse. 97

impunita: Ego tamen arbitror, quod taleste
stes, cum sint magis infames, majori torturâ
sint afficiendi, ad eorum dicta conualidandum.
ita Baiardus: cui tamen etiam quoad
praxim obloquitur Farinacius. d.q. 43.n:
178. ubi inquit: Ego tamen in socio crimi-
nis paciente plures defectus bonis Judicibus te-
stari possum, nunquam in Vrbe vidisse, quod
fuerit ad torturam deuentum, nisi ultrâ incul-
pationem socij criminis concurrenerent alia, quæ
de sola indicium facerent.

Nihilominus reperio Bossum in
de indic. n. 156. circa finem, quem & Baiar-
dus d. loc. allegat, de eadem praxi & con-
suetudine attestantem, quot & idem te-
net Joseph. Ludovic. decis. Lucensi 15. alle-
rens se pluries ita practicasse: ratq; hanc
practicam licet Bertaz. & Roland. per Fa-
rinacium. d.q. n. 184. & Baiardum d. loco:
allegati, impugnare tentarint, tamen. (ait
Baiardus ad Clar. d. loc. n. 25.) dicant quic-
quid velint, ita servatur & sic vidi, & ego
quoq; practicavi. Vbi iterum se opponit
Farinacius d. q. n. 184. dicitq; hanc con-
suetudinem, seu praxin non esse ullo
pacto extendendam extrâ statum Me-

H diola-

diolani, in quo Clarus versabatur: per ea quæ in terminis scripsit Roland. in consil. 94. n. 21. & seq. vol. 4. & consil. 98. n. 22. vol. 4. & in simili ipse Farinacius, quest. crim. 45. n. 16. & seqq. Quare putat *Farinacius* cum communi, nisi forsan cum dicto socij criminis V. G. perjuro, vel alias criminoso, cōcurrerent non solum adminicula, sed illa quidem etiam gravia, tunc non posse ex tali dicto ad torturam deveniri, neq; aliter hoc practicari debere &c.

XVII Sane plurimum est momenti in hac quæstione positum: etenim si Rei denuntiantes qui plures defectus patiuntur, ad torturam non probant, *juxta communem Dd. sententiam*: sequitur denuntiationem plurium sociorum criminis nūquam ad torturā indicium facere vel certè contrà personam denuntiatā, si ea bonæ famæ sit, non debere attendi, siquidem istā communi sententiā positā, tune utiq; per bonæ famæ exceptionem inditum plurium complicum seu infamium & scelerosarum personarum tanto facilius eliditur. Sunt vero omnes

Inquisitus torqueri possit.

99

nes sagæ & veneficæ, (quæ est ratio consequentia) personæ plerumq; viles, sunt mulierculæ rudes, sunt præter Magiam omnibus quasi sceleribus contaminatæ. Quare harum denuntiationibus nihil tribuendum, aut saltem contrà personas bonæ famæ nihil fidendum.

Atque hæc est una ex posterioribus rationibus, quibus Tannerus in d. tract. Theologico, de processu ad v. Sagas, q. 2. n. 48. plurium complicum nominationes eñ nervare imò iis omnem credulitatem denegare voluit. Quod cum nullo modo concedendum; neq; etiam facile à communi, imò communissimâ Dd. sententiâ recedendum sit; præstabit forte cum Dd. Friburgensibus, quorum etiam nieminit Delrio d. quest. 17. quoad crimen Magiæ distinguere, inter crimina quæ sunt ordinatae conjuncta & quasi huic Magia criminis subordinata; Et ea quæ ab invicem planè separata sunt, nec cum Magiâ habent connexionem. Quoad priora crimina rectè statuitur, ciuiusmodi plures defectus aut criminis nō obstat, quo minus socii criminis ad inquirendum & etiam ad torquentum

H 2 pto-

probent: Quoad crima posteriora vero, potest concedi, socios denuntiantes iis implicitos indicium ad torturam non facere. Prioris generis crima, cum maleficio semper conjuncta, sunt crima na heresis, laesa Majestatis divinae, apostasia, blasphemiae, Sodomiae, parricidii, homicidii, sacrilegii, &c. quæ fusius refert Binsfeld. in comm. ad L. nemo. C. de Malef. & Mathemat. in prin. Posterioris generis sunt crima perjurii, latrocinii, raptus, furti, &c. quibus criminibus malefici non semper sunt innodati. Cum igitur de prioris generis criminibus loquatur Tannerus, apparet eius argumentum, stante hac distinctione, contra Nominationes non concludere.

Est verò hæc distinctio admittenda, Enimverò quia malefici criminibus prioris generis semper sunt innodati; Ergo si maleficos testes seu socios criminum aliis criminibus & quidem etiam illis ipsis cum maleficio conjunctis, care re esset neceſſe, nullus unquam esset testimoniis idoneus, atq; sic Lex criminolos & infames ad testimonium in criminibus ex-

Inquisitus torqueri possit.

101

exceptis ferendum frustrà admisiſſet ac
frustrà Rei in crimine veneficii de com-
plicibus interrogarentur. &c. Atq; supe-
riorem illam *Tanneri* objectionem con-
trà nominationes, cum *Delrio* prævide-
ret, ipſe retractatâ priore sententia, de
qua in lib. 5. ſect. 3. ſtatuit ac defendit *indi-
ſtinctè*, quibuscunq; etiam criminib. ma-
leſici testes obnoxii ſint, eos ad torturā, ſi
plures ſint indicium facere, ſed majori
tortura eſſe afficiendos ut hæc eorum
varios defectus expurget ac ſuppleat.
Vide *Delrium d. lib. 5. in app. 2. q. 17.*

Nimirum an denuntiata ſit bonæ & Q
integræ famæ; an eiusdem aut inæqualis
dignitatis cum denuntiante; &c. de qui-
bus in præced. dictum ſatis. Ut absolvā,
dico cum *Patavinis ICtis in d. consil. 2. n.
18.* credendum erit maleficiſ denuntian-
tibus, ſi ex veriſimilibus conjecturiſ, vel
ex qualitate deponentium, vel ex perſo-
ni eorum, contra quos deponunt, falſa
non dicere præſumantur. Vide textum
in capit. in fidei. de heret in 6.

Neceſſe eſt ut reus in tua nomina. R
tione non vacillet aut variet, ſed conſta-

H 3 ter

ter perseveret, etiam in speciali tortura,
de qua docui antè lit. f. nam deponens
varius non modo ad torturam, sed nec
ad inquisitionem sufficiens indicium
præbet, ut ex communiore sententia re-
ceptum, de qua Farinac. quest. 43. n. 185.
Et meritò; quia deponens varius perjuro
non absimils est. idem Farin. d. q. 186. sed
de hoc articulo dicam plura *infra tit. seq.*
8. & 9.

S Ita in terminis tradit elegans scrip-
tor Farinac. quest. 37. n. 3. debere iudicia
esse tam urgentia & certa & luce meri-
diana clariora, ut judex sit quasi certus
de delinquente, & ut nihil aliud ipsi de-
dit, quam rei confessio. Confer. Myn-
singer. 6. Obser. 97. n. 4. Arquin, hoc
posito, dixeris, quomodo igitur sufficiat
in exceptis leviora iudicia, quod tamen
affirmatum supra in tit. præced. 1. lit. p. imò
quomodo hæc doctrina in practica fue-
rit servanda, cum nunquam ferè eveni-
at casus, in quo iudicia reperiantur ita
clara, certa & luce meridiana clariora,
prout supponitur, ita ut sola ipsius rei
confessio desit, aut si talia reperiuntur,

non

non erit locus torturæ , sed condemna-
tioni. arg. eorum quæ dicimus tit. seq. 4.
Farinac. d. q. 37. n. 5. Verum ad prius
jam supra d. lit. p. respondimus, ubi vide;
posterior tollit eleganter ipse Farinacius
d. n. 5. & seq. ubi inquit , hoc intelligen-
dum non in genere probationis , sed in
genere indicij : hoc est : quæ sint apta ad
plenè persuadendum animum Judicis,
non tamen ad plenè probandum: Ex in-
dicis si plenè persulatum Judici de culpa
rei & reum esse noxium (etiam si hoc non
plenè probatum , quia deest confessio
rei:) procedit ipse ad torturam : sed si ha-
beret plenas probationes , tunc deberet
procedere ad condemnationem. Vide
pluribus Farinac: d. n. 5. & 6.

CONCLUSIO.

EX dictis constat , quæ sint optima in-
dicia , ex quibus Judex in hoc crimi-
ne ad torturam tutò possit procedere.
Præter indicia in Constit. Criminali art.
44. posita & exempli causa tantū scripta
per ea quæ ante dixi. lit. O. sunt nonnulla
alia indicia jure approbata. veluti i. No-

H 4 mi-

minatio unius socii criminis, cui admiculantur alia indicia, quorum aliqua recensuimus ad præced. lit. b. Secundò. Nominationes plurium complicum, de quibus latè dispueto infrà in decis qq. 7. 8. & 10. Tertiò. Fama: Quæ autem requirantur ut dicatur verè esse Fama? & quomodo ea probari possit? dictum suptà ad lit. præced. i. lit d. & g. Hic observa si fama fuerit vehemens & orta à personis honestis & fide dignis, tunc sola sine alijs adminiculis facit inditium ad torturam; vehemens autem censemur non ex numero testium (qui impertinens est ad hoc) sed ex causis suis: nam si causæ lev conjecturæ unde orta, sunt verisimiles, graues & urgentes, censebitur esse vehemens, secus si non orta sit nisi ex levibus, trivolis, & non probabilitatum enim non sufficeret Fama ad torturam: ita quidem egregiè Farin: d. quest. 47. n. 28. & multis seqq. Sed vide quæ dicimus infrà in decis. quest. ii. prout nec sufficeret si non orta à personis honestis & fide dignis, V. G. ortum habeat à complicibus; quomodo fama propter denuntiationes

com-

Inquisitus torqueri possit. 105

complicum post incarcerationem vel
accusationem orta, nihiladminiculatur
neq; in judicio debet attendi; sed quid si
orta fuisset ante accusationem & incar-
cerationem? Existimat quidem Delrio.
d. lib. 5. sect. 3. vers. nam fama uehemens:
famam hujusmodi adminiculaturā: vix
enim potest, *inquit*, in hoc criminē famæ
initium ab alijs, quam complicibus oriri,
sicuti id contingit in omni re turpi, de
qua non solet nisi inter infames perso-
nas tractari, ut de meretricio, alea, leno-
cinio & similibus fatetur & confirmat
Farinac. *d. quæst. 48. n. 160.* Quam *Delrij*
opinionem putarem posse sequi, si antè
ipsam inquisitionem generalem institu-
tam, ejusmodi fama contra certam per-
sonam ab dishonestis & complicibus in
populum sparsa fuisset; verum si primū
orta fuisset post eam, probabilius pütas-
rem, talem famam in judicio non debe-
re attendi, quomodo etiam fama, cœptâ
jam inquisitione, ex perversa officialium
loquacitate orta, insuper haberi debet.
Confer. *P. H. D. art. 25.* *H. erslich ob der*
Verdacht/ & quæ notavi ad sit. præcedit f.

H 5

Quæ-

Quartò. Fuga: de qua sufficien-
ter diximus antè, & licet fuga *antè inquisi-*
tionem formatam vel accusationem porre-
ctam, contrà fugientem gignat ordinariè
suspicionem & præsumptionem non
levem doli & delicti commissi, non tamè
sola, sine administriculo alio, facit semiple-
nam probationem: quare neq; sufficit
sola ad torturam, quicquid multi dixe-
rint, egregiè Farinac. quæst. crim. 48. per-
totam. & Mascard. de probat. vol. I. concl.
819. & concl. 531. adde Mynsing. 6. Obs. 98.
Clarum. quæst. 21. n. 23. Verum si fuga sit
arrepta post inquisitionem, tunc ex ea
nulla proflus oritur delicti præsumtio.
eleg. Farinac. d. q. 48. num. 35. Quintò.
Minæ: Si venefica alteri minata fuerit
incantare & fascinare. P. H. D. art. 44.
ibi: oder jemande zubzaubern beträwt: si-
ve quis hoc minetur ex pretesè vel tacite
sive ænigmaticè, v. g. faciam ne doleat
tibi caput: extraham tibi pennam de
alâ: & similia: si tamen post eas minas de-
lictum subsequatur d. art. 44 ibi: vnd dem
Bedravten der gleichen geschicht: quod ita
intelligendum ut subsequatur inconti-
nen-

nenti, non ex intervallo; hoc autem de-
cernere permittitur Judicis arbitrio, qui
considerare debet qualitatem persona-
rum & an antè habuerit opportunitatē
delicti committendi; nam si statim non
habuit, & fecit statim ac eam nactus est,
intervalum nihil elevat indicium. Vide
doctè & latè Farinac. *quest. crim. 50. n. 14.*
& per totam. atq; hæc est causa, quod in
d. art. 44. prædicta verba indefinite fue-
rint concepta, ut de intervallo temporis
Iudex decerneret. Quod si igitur Minas
delictum damnumvè est subsecutum,
communis intentia est, teste Farinac. *d.*
quest. 50. n. 7. & 9. efficax hoc indicium
esse ad torturam, quando nimis mina-
nans est persona malæ vitæ & solita minas
exequi; quod intellige si sit dubium, quis
delictum commiserit, & minator in hoc
ipso delicto commisso sit malæ famæ.
Vide Clar. *d. quest. 21. num. 37.* Peguer.
decif. crim. 18. num. II. eleganter & latè
more suo Farinac. *d. q. 50. per totam.* ubi
hoc indicium Minarum distinctè expli-
cat ac limitat. Quid verò si sint *mina*
ambigua, & quæ possunt significare vin-
dictam

108 Tit. II. Ex quibus indicis

Etiam legitimam sive juris? V. G. ulciscar,
solves, pœnitabit te , non sic abibit : & talia.
Respondeo : si minator solitus sit via ju-
ris se ulcisci, hujusmodi minæ indicium
sufficiens non præbent ; verum si con-
suevit se vindicare via facti (ut solent ve-
neficæ) in his Iudex potius debet sequi
sententiam Farinatii, volentis etiam tum
fere indicium ad torturam. d. quest. 50.
num. 22.

Sextò. Huc refer illa indicia , quæ
plura en numero infrà in decis. quest. 12. cir-
cā finem.' quibus adde hæc sequentia. Si
unus testis exceptione maior deponat se
vidisse sagam propinanṭē equo, qui mox
mortuus, potionem : aut si duo testes le-
gitimi deponant nominatum exercuisse
actum aliquem, qui ex communi malefici
orum praxi solet ad maleficium dirigi.
v.g. q̄ stans in aqua, retrò tergum aquam
projecerit in aërem, vel q̄ ante exortam
mox grandinem , visus sit lapidem ferire
bacillo : vel flores de varijs arborebus le-
tos in ollam coniūcere: vel virga aut ma-
nu persecutere , vel inungere animal,
quod paulò post mortuum : Hæc quidē
ait

ait Binsfeld. d. loco. tit. de indit. sub inditio. 8.
esse indicia urgentissima, quorum unum
quodque per se sufficiat ad torturam;
de quo tamen valde addubito, nihilomi-
nus si horum aliquod accedit ad nomi-
nationem unius complicis, certum est,
tunc sufficere ad torturam. Conjunge
quæ diximus ad præced. lit. h. Quibus in-
diciis & hæc annumerari possunt, si no-
minatus inveniatur in stabulo aut domo
alterius, teneore & loco quando non
debet, & maleficium postea subsecutum
fuit. Item si veneficæ dum capiuntur, a-
liqua dicunt vel faciunt, quibus signifi-
cent se sibi timere à morte, actum esse
de se, neq; se vivas manum Judicum eva-
suras. De quibus latè Binsfeld. tr. de con-
fess. malefic. in indic. per tot. quem de indi-
ciis hujus criminis Magiæ ante omnes
alios videbis; & post hunc Delrium. lib. 5.
sect. 4. & 5. per totam. qui dicit hæc indicia
maximè verisimilia esse, & quod haud
dubiè non tantum faciunt cum nomi-
natione complicis concurrentia semi-
plenam probationem: adeo ut sic sem-
per unum istorum indiciorum cum no-
mi-

tot Tit. II. Ex quibus in dictis
minatione tali , qualem requisivimus;
sufficiat ad torturam: Sed etiam ex mul-
torum sententia, quædam ex his sola suf-
ficiunt: quod tamen non libenter practi-
carem: sed semper vellem unum ex ur-
gentissimis , cum alio leviore; vel plura
semper leviora concurrere: ita Delrio,
quod singulariter observandum.

Septimò. Si quis usurpaverit, res,
facta vel verba, quæ sapient incantationē
Mit solchem verdecklichen dingē / Gebe-
ren worten vnd wesen umbgehēt / die Zau-
berer̄ auff sich tragen. P. H. D. art. 44.
exempla sunt, si olla cum unguentis ma-
gicis vel cum buffonibus , vel alia instru-
menta huius perfidiæ in ædibus alicuius
sint reperta Menoch. de præf. quest. 89.
Binsfeld. d. ir. indic. 8. Godelman. lib. 3.
c. 10. n. 26. Dixi verò: verba quæ sapient in-
cantationem: quia non idem existimo de
verbis quibus abutuntur vetulæ sum se-
genen oder uti loquimur , hören / tametsi
ejusmodi factâ , præterim frequentia,
suspicionem aliqualem gignere possint,
maxime si siant cum quadam objuratio-
ne ad maleficia eximenda. De quo video
doctè Delr. l. 6. c. 2. per tot. Pra-

Inquisitus torqueri possit.

in

Præter hæc superius recensita indi-
tia Dd. alia nonnulla recentent, minus
tamen certa & urgentia: veluti, i si in-
quisita stigma habeat, cui si acicula pe-
nitissimè infigatur, tamen nullum dolo-
rem sentiat aut sanguinis minimum eli-
ciat; de quo ait Remigius lib. 1. c. 5. hanc
notam inustam ita jam pro comperto
habere rerum capitalium vindices, ut in-
dè quæstionis ac tormentorum sæpè ini-
tiū faciant. consentiunt Bodin. lib. 4. c.
4. subfin. Godelman. lib. 3. c. 3. n. 26. post.
princip. Damhoud. prax. crim. cap. 61. n.
134. verum hinc incertum nasci indicu
volunt alij. Binsteld. dict. tract. indic. 14.
quem probat Delrio. d. 15. sect. 4. §. 28.
Sanè non dubitarem, si stigma fuerit in-
sensibile (quale Dœmon suis mancipiis
solet imprimere, præsertim iis quibus
diffidit eos constantes fore, Bodin. & Go-
delm. dd. loc. & cuius stigmatis origo ve-
tustissima est, docente Delrio lib. 2. disq.
c. 4. vers. Decimo, corporis alicui parti modo
huic, modo illi:) exinde, saltem famâ mala,
nominatione vè unius, aut alio admini-
culo accedente, ad torturam posse pro-
cedi;

112 Tit. II. Ex quibus indiciis

cedi; sed si cicatrix tantum, aut signum
fortè simile leporis vestigio, aut bufonis
pedi &c. in facie vel corpore appareat,
inde certum indicium minimè nasci. Et
quod dicit *Delrio*, si advertant se pungi,
fingere dolorem possent, etiam quem
non sentiant, Et eam ob rem monendos
Judices, cum acu vel pugiunculo jubent
stigma pungi, id tām cautē fieri debere;
ut striges non advertant, soleat enim il-
las cum adverterunt fingere se vehemē-
ter stimulatione hac eruciari; hoc ipsum
ego Judicibus in cautelam suggerem, ut
si stigma tale inquirere velint, prius stri-
gum oculos obtegant, ac tum simulent
quasi pungant, quod si striges nihilomi-
nus humeros contrahant, ac tanquam
pungerentur se dolores sentire fingant;
ve ex hoc solo suspicionem augeri ne-
mo opinor facile negabit.

2. Si dum torquentur, nullas emit-
tant lacrymas, nam censent *Dd.* quidam,
Sagas flere & lacrymari non posse, ta-
met si gemere suspirareq; videantur, &
omni conatu lacrymari conentur; E-
ideò hoc indicium ponunt *Bodin*. lib. 4.
c. 11

Inquisitus torqueri possit.

tij

c. i. post med. & cap. 4. post med. Grilland.
de sortileg. q. 9. n. 5. Verum istud cum Bins-
feldio, Godelmanno, inane & frivolum sig-
num reputat. Delrio. d. lib. 5. seet. 4. §. 25.
etenim fieri potest, ut sit talis quarundam
constitutio corporis, ut flere nequeant:
Novi pueros, ait Delrio, quos citius flagris
dilecidisses, quam vel unam lacrymulam
excussisses: Præ aliis tamen Grilland. d. loc.
hanc verissimam notam putat; maximè
quoad Mulieres, qua constet eas non verè,
sed fictè tantum pœnitere: cuius rei, cum
videat se rationem nullam naturalem
idoneam reddere posse, configit ad su-
pernaturalem, vultque id fieri à divina
providentia in pœnitentiæ favorē. Cen-
set itaq; Grillandus, si saga lacrymetur, ve-
rè illam pœnitere ex animo: si non la-
crymetur, fingere pœnitentiam. Nun-
quam judici auctor fuerit huic conje-
cturæ inniti, ut certæ vel idoneæ: Nam
experientia illa, quam ex aliquibus ait
Grillandus se collegisse, fallax est & incera-
ta. Tum quia nonnunquam ipsa doloris
magnitudo lacrymas desiccat, & plane
tollat, juxta illud Orchestræ. Sene. in Oed.
vers. 57.

I

Fle,

Fletuq; acerbo funera & quæstu carent:

Quin ista tanti per vicax clades mali.

Siccavit oculos, quodq; in extremis solet,

Perière lacrymæ.

Solet ait, & verum est. Jam ex adverso sxe
pe præ lætitia quidam lacrymantur, jux-
ta illud ejusdem in Thyn.

Subitos fundunt,

Oculi fletus: nec causa subest.

Dolor an metus est? an habet lacrymas

Magna voluptas?

Nec juvant illum argumenta à Canonib;
bus petita, quibus tantum probatur la-
crysma esse signum pœnitentiæ & nobis
mœstæ animum obsidentis profluviū.
Lacrymis quoq; peccata dilui, & fædita-
tem animo elui: quæ ut verissima sunt,
ita minime probant: nullum pœnitere-
nisi & lacrymetur: quidam sunt tam du-
ro vultu, tam sieco cerebro, ut lacryma-
ri nesciant; etiam pueri: possunt ergo mul-
lieres quoq; tales reperiri. Nam pueri no-
minus humidi, non minus ad lacrymas
faciles, quam illæ. Nam itaq; certum ve-
nenficii vel impœnitentiæ signum est
non posse lacrymari; de quo posteriori-

plus

Inquisitus torqueri possit. 115

pluribus agit Delrio. lib. 6. c. 1. sect. 3. vers.
in contritione procuranda.

Cæteturum, ut hoc iubiciam, de
quodam inquisitore amico meo accepi,
ipsum parum lacrymis; sed plurimū rilui
tribuisse; ac hunc modum observasse das
er den Zauberischen / jam in chorda lig-
atis ac mox torquendis, ein Eiecht vnter die
Augen halten lassen / ac calu quo riderent,
eas torqueri usisse; quod innocentem in
tantis angustiis constitutum ridere pos-
se, vix sit possibile; verum commentum
hoc fallax est, ridiculum & arbitratium.

Alia indicia minus certa minusq;
urgentia, veluti, quod sumitur ex menda-
cio Rei; variatione, vacillatione & titubatione
ejusdem; hæc inquam & similia doctè &
latè more suo explicat Farinac. q. crim.
§ 2. per totam sufficere quidem illa possunt
ad inquirendum, non verò sufficiunt ad
torturam, nisi singula sint adjuta aliis pre-
sumptionibus & indicis; Sanè quando
quis loquitur tremens, trepidās, timens,
vel pallens, vel sudans præ angustia timo-
ris, existimo istud indicium non esse suf-
ficiens cum variatione, quia nimis est fal-

lax, & dubium & debile, quoniam multis hoc contingit, duntaxat tolleritis de proprio honore & metuentibus potentiam adversorum aut Judicium alperitatem, quamvis innocentissimi sint, ad eò ut plerūq; nesciant præ perturbatione quid dicant, ut egregiè Farinac. d. q. 52. n. 48. Clarus. q. 21. n. 38.

De conversatione potest dubitari quatenus indicium faciat & siquidem conversatio & amicitia est de se bonum, absurdum verò est ex eo, quod bonum est malum præsumere velle, & amicitiam, quæ est virtus, in nomen delicti transferre, inquit ex Natta Farinacius q. crim. 43. n. 172. Evidem etiam P. H. D. artio 44. statuit, inde indicium oriri, so semant sonderlich Gemeinschafft mit Zauberin oder Zauberin hat / quod sicuti de beneficis certis & convictis concedi. Vide Berlich part. 4. concl. pract. 4. n. 146. ita potest dici in dubio quemq; bonum præsumi, cuius amicitia ac conversatio nemini debeat esse nociva. Quare scias id intelligendum esse de conversatione cum maliis hominibus infamatis de eodem delicti generis eaq;

eaque assidua & stricta amicitia, ut si versi
bi gratia, nominato cum nominante
tanta fuerit conversatio & amicitia, ut
faciat valde verisimilem præsumptionem
participationis in crimen, sicuti id fusè
& prudenter explicuit Farinac. d. quest.

43. num. 174. & numer. 177. Et question.
crim. 52. num. 58. & sequentibus. Itaque
d. artic. 44. intelligi debet de personis
publice ob Magiæ crimen infamatis, si
quis cum iis strictam amicitiam colat at-
fidueque conversetur, qualis amicitia
cum beneficis jam convictis aut confes-
sis nemini esse potest; Quod vero quidam
inde etiam sumant indicium, si In-
quisiti oculos in terram defigant, hoc termè
nihili est, potest enim ex pudore oriri,
nec est proprium unius in specie delicti,
ac ne in genere quidem delicti sufficiens
argumentum. Et ait ille *Theologus*, vola-
re docendi sunt oculi & repere, volare
ad Deum, repere ad sepulchrum. Grande
bonum, oculus tranquille pudicus.

Et castigata collecta modestia frontis.
Unde quoad oculorum in terram defi-
xionem indicium sumi non debet.

I 3 Qua-

118 Tit. III. Tortura qualia esse debeant

Quare de his & similibus indiciis prudenti judici parum curandum est, quod non adverterunt Godelman. lib. 3. c. 3. & Bodinus de demonem. lib. 4. etiam mala physiognomia prout & mala nomini nimium tribuentes. Confer Delrium. lib. sect. 4. per totam.

TITULUS III.

Wie mildt oder scharpff
die Tortur sein solle / vnd ob man die Un-
holden schärfser als andere Reos
torquiren soll.

I.

Mit ist bekant genug / auch jederzeit bey Rechten brüchlich / das wo man in groben Sünden und Lastern auss eine gefangene Person inquirit / vnd dann genugsame beweitung / vnd indicia sich sehn lassen (wie im vorgangenen Titulo ist angezeigt) man A könne zur knechtlicher quæstion & vnd Tortur schreiten: Welch nun mehr kein anderer Mittel seindt / mit welchen der Reus

zur